



**CONGREGATIO
DE INSTITUTIONE CATHOLICA
(DE SEMINARIIS ATQUE STUDIORUM INSTITUTIS)**

CONGREGATIO DE INSTITUTIONE CATHOLICA (de Seminariis atque Studiorum Institutis) postulatione attenta Rev.mi Præsidis Facultatis Theologicæ Italiæ Centralis, nomine Magni Cancellarii legitime præsentantis; perpensa CONVENTIONE die XXIX mensis Iunii a. D. MCMXCIX inter Exc.mum Archiepiscopum Pisanum et Rev.mum Præsidem eiusdem Facultatis Theologicæ inita; cum compererit in Quadriennio Theologico Studii Theologici Interdiocæsani Pisani, Lucensis, Liburnensis, Massensis-Apuani, Pisciensis, Spediensis-Sarzanensis-Brugnatensis traditarum disciplinarum rationem canonicis normis conformari et cum diligentia promoveri, prædictam petitionem libenter suscipiens, idem


**QUADRIENNIUM THEOLOGICUM
MEMORATI STUDII THEOLOGICI**

Facultati Theologicæ Italiæ Centralis

A F F I L I A T U M

pro munere hoc Decreto ad aliud quinquennium **constituit declaratque**, collata Facultati potestate academicum Sacræ Theologiæ BACCALAUREATUS gradum iis alumnis conferendi, qui, præscriptum studiorum curriculum (can. 250 C.I.C.) feliciter emensi, specialia pericula sub ductu et auctoritate eiusdem Facultatis rite superaverint; servatis de iure servandis, in primis peculiaribus NORMIS ad affiliationem exsequendam, ab utraque parte subsignatis et ab hac Congregatione approbatis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romæ, ex ædibus eiusdem Congregationis, die XXV mensis Ianuarii, a. D. MMXII.


 PRÆFECTUS

+ Johanna Ludovica Brugneri

A SECRETIS